

C O P I A
P R I M A E A L L E -

gationis, quam Doctor *Franciscus de Andrada Leitam*, Senator aulicus supràemique Consistorii fulgentissimi Comes, Ordinis Domini nostri Iesus Christi eques, & miles, à consiliis Serenissimi Regis Portugallia; ejusdemque extraordinarius Legatus ad celsos Potentesque Dominos Ordines Generales Fœderati Belgij; eisdem obtulit, pro restitutione civitatis *Sancti Pauli de Loanda in Angola*, Insularumque *Sancti Thomæ*, necnon etiam do *Maranhão*, 18. die May anno 1642.





A Serenissimo Principe IO ANNE

legitimo Portugalliae, Algarbiorumque Rege, ea praecipue de causa extraordinarius Legatus missus sum, ut sublimibus Potentibusque Statibus, & Dominis Ordinibus Generalibus, Foederati Belgij, verbis representare valeam prima concordatae pacis gaudia, in luctum tristitiamque conversa, vasallorum degentium in civitate *Sancti Pauli de Loanda* arcibusque Regni Angolae, ad indignationemque redacta habitantium in Portugallia, ipsiusque Serenissimi Regis displicentiam valde intensam, ubi primum eidem renuntiatum est, illarum incolae, relictis Domibus, Facultatibus, Penatibusque suis, ad Saltus, nemora, & latibula se contulisse ob maiorem vim classis viginti duarum navium armatarum, & munitarum, cum quibus, citra omnem spem civilem, naturalemque rationem, ab Architalasso vulgo nuncupato, *Pedepao*, ejusdemque socijs, quasi Hostes aggressi, invasi, spoliatique fuere, Mense praeteriti Augusti, cum imò observari, communicari, tractarique velut amici, & colligati debuissent, quoniam jam illo tempore sciebant, sciendique rationem habuerant, ex utroque latere, ubique arma silere cepisse; Ac tumque in hac Curia cum Domino *Tristam de Mendosa* a *surtado*, ejusdem Serenissimi Regis Ex^{mo}. Legato de pace ad decennium tam intra, quam extra lineam: Civitatem in super, arcesque praedictas excusso Tyrannico Castellorum jugo, ad Imperium, & clementiam praefati Serenissimi Regis redactas,

2. Cognovetant dein ejusdem classes, arma, & Milites in unum conjungi, cum classibus, armis, & Militibus Dominorum Statuum, nec non etiam Christianissimi Regis versus communem inimicum; Vtque nullam deinceps, praetextu ignorantiae, ~~exultationem~~ in pretendere possent, praedicta omnia eidem Archibusque suis, a loci Germanisque Senio-

arios denuntiat

At illi

3. At illi eorum, quæ dicebantur, & narrabantur, ignorantiam & incredulitatem affectando, volvere magis, incautos, inermesque debellare, & a loco movere, quam, occasionem, prædictæ arcis, & civitatem usurpandi prætermittere: & cum jam negare haud possent quod in ea regione publicum, notumque erat, caute, & callidè respondere ceperunt, ipsis non licere absque permissione mayorum suorum, captam civitatem & arcem derelinquere, & hoc colore perseverando in retentione usurpatorum, ejusdem Classis naves quasdam miserunt ad debellandam *Insulam, civitatem, & Castellum Sancti Thome* ipsumque cisdem armorum vi coacti custodes, & capitaneus tradidere, in absentem Gubernatoris, qui mortuus fuerat; desertaque civitate, recedentibus civibus, & loci habitatoribus ad saltus, nemora & latibula ab ipsius classis militibus *Brasilicæque Indiarum*, secuti, & persecuti fuere, crudeliterque tractati, adeo ut humanitatem omnem exuisse ferarumque naturam induisse viderentur.

4. Simili modo, quanvis Serenissimi Regis literæ, ejus rei (quar tempore scribendi, adhuc non noverat) mentionem non faciant loca, & arcis regionis de *Maranhão* debellasse, cepisseque fertur; & hoc postremo facto evidentius demonstratur, contra ordinem, bonamque fidem in omnibus processisse, offendendæ jura gentium, confidentiamque naturalem, qua, absque ulla ad humbrationem prædictus Legatus, cum Dominis Ordinibus simpliciter de pace armorumque cessatione ad decennium contraxerat: Injuriam præterea pacifico Legationis intento irrogasse, sinceram, candidamque intentionem Serenissimi Regis, illam admittentis, pacisque Pœdera confirmantis, parvi pendisse: generalique escandalum bonis, Regibusque, & Principibus colligati dedisse: Nec ullus erit qui non miretur, notamque ponat super excessibus prædicto Architalasso, ejusdemque socijs admissis ad prædictas arcès, civitates, & loca usurpanda, sic continuata & nociva hostilitas acta gerendo, ut nec fieri mayora possent
quanvi

quavis Serenissimus Rex Portugalliæ, ipsiusque vassalli, in vivo, aperto, crudelique bello cum Dominis Ordinibus, tunc temporis fuisset, nec quidquam magis contrarium veritati verbi ab illis dati, sive protestationi ab eisdem emissæ ad calcem tractatus traxerit, excogitari posset: refertur namque ibi.

5. In commodum boni publici a Dominis Ordinibus iudicatis, expedire, laudabili ac honesto jam alte memorati Regis *Iohannis 4.* proposito succurrere, cumque eodem inire, & consummare pactum, & tractatum pacis, nec non pretermittere varias, & diversas commoditates, quas aliàs proprio particulari commodo atque utilitatibus, nactus hoc rerum Statu, tam citra quam ultra lineam possent usucapere, & percipere; maleque eorum loco ut reviviscat vetus illa amicitia, amor reciprocus, ac commercium, quæ inter Dominos Reges *Coronæ Lusitanie, ac Belgæ* ultro, citroque antiquitus floruerunt:

6. Dicent forte & iudicabunt illi, qui adeo urbana, adeoque bene composita, & notata verba perlegerint, si non videant illico spoliata, pervinque usurpata, & retenta a Dominis Ordinibus Generalibus, prædicto Serenissimo Regi, ipsiusque vassallis restitutionem fieri, mandatis rigurosissimis exprimi (quod aliter in publico referre non auderem) nempe illa per machinationem concepta, & scripta, ad ipsos fallendos, decipiendos, capiendosque quiescentes sub specie pacis, sub ocio, ac securitate fiducie dare, sub amicitie quiete benevolentieque figmento, sine armis, provisionibus, & cautelis corrupte nature, quibus profecto munirentur, optimumque sibi præsidium pararent, nisi amplius confiderent in pignore verbi a Dominis Ordinibus sic ordinate concepti, ut mihi persuadeam, ipsam solum sit esse ad

nam re

quid

e pr

non

vertere, eosq; punire, qui talia per invidiā inordinatam: cupiditatem admiserunt, nisi, quod vel præcedente mandato gesta, v. suo sequenti ratificatione, comprobata sunt: ipsos que Domini Regis colligati amicitiani, & commercia perdere maluisse, qua occasiones prædandi arces, civitates, & acquisitionesq; illius usu pandi juxta verbum, datum & pactum cōventum prætermittit.

8. Si illata vulnera, insisterque plagæ competenti restitutione medela, statim, ut rogo, laud curentur, quam securitatem per hac habebunt, aut prætereundere poterunt Reges, Principes Communitates, qui pro pace, amicitia, commercioq; introducendo live renovando ad Dominos sublimis Ordines, Legati miserint, & cum ipsis contraxerint? quis erit etiam qui amplius cum eis de treugua conveniat? si intelligat in suo initio frangendam: quis deinde erit in toto humanæ gentis complexu, qui pro amicitia hostilitatem velit accipere: quis amplius de pace confidet? si cognoverit sub ejusdem pallio crudele bellum occultari, & ausque periculum eminere? quis præterea, commercium desiderabit, si ex eo maiorem iacturam, maioraque damna, quam ex bello sibi eventura agnoscat? quod Regnum erit illud sibi iniuste fieri patiens? quid tandem generosi, strenqui & Regnicolæ pro recuperandis civitatibus, castris, & arcibus maiorum suorum sanguine comparatis, modoque non iusti sed iniuste usui patris, non facient, aut intentabunt?

9. Quid dicent illi, qui modo viderunt, futuroque tempore scriptum legerint, si ve audierint, in ipsomet verno, quo Domini Circines præveniebant, suisque sumptibus, præparabant Classem 20. navium armatarum ad succurrendum proposito Serenissimi Regis Portugallie, quod honestum & communi salutem utile judicabant. adeo, ut præter jam dictam Classem, alteram similem expensis ipsius Serenissimi Regis, conducere, construere, armis, militibus, munitionibusque repleri hinc in Provinciis pateat, ut junctis his, cum altera, Christianissimi Regis, ejusdem amplius

amplitudinis Classe Gallesibusque Status Portugalliz, ad ipsius fluminis, & maria proficere, ut deinde communicato consilio, unitique viribus fortius agerent contra communem hostem, tacite præmuniri alias 22. naves vasallorum horum Potentissimorum Statuum inumine de Pernambuco, ut cū ipsi præfatus Architalafus exiret ad debellandas arces, civitates, & conquisitiones, ejusdem Serenissimi Regis colligari, cum quo a Dominis Ordinibus prædicta unio facta erat.

10. Quid præsens ætas, aut posteritas dicent, quando cognoverint, in ipso tempore quo Sereñis Regis Legatus, in hac curia honorificentissime, humanissimeque tractabatur, ad convivium propinationeque invitabatur cum magna festivitate, in honorem salutis, restitutionisque Coronæ, ad eundem Sereñissimum Regem de jure pertinentis, totam fuisse illam classem, quam prædictus Architalassus gubernabat, in debellandis, usurpandisque arcibus, civitatibus, & conquestionibus ejusdem Coronæ, pro cuius restitutione magnum tunc festum in hac Curia fiebat, quorsum ve restituito Principi, ab ea, ob eamque causam, congratulationes, gratificationesque mittebantur, si eadem, in ipso tempore, insausito, inopinato, injusto, præjudicialique bello, calamitates ac mala parabantur, quæ ve moyora Regnis suis a Castelle Rege inimico aperto, & declarato irrogari seu fieri possent, quam senserint, & accepterint ex armis, classibus, & milibus Dominorum Statuum, cum quibus foedus ierarat, amicitiamque contraxerat.

11. Hostilitates, invasiones, usurpationes, factionesq; civili-
adeo, & naturali rationi contrarias, excusare profecto nec ille va-
lebit, qui affirmaverit in capitulis Foederis scripta verba, extare, ex
quibus concipitur, quod licet in Europa, treuga, suaves utilesque
pacis effectus producerentur. Quia si hoc esset, non tam manifesta
esset, quanta est, Europa, quae nunc est, Europa, quae nunc est, Europa,
maria, arces, & loca ubi sunt, ubi sunt, ubi sunt, ubi sunt, ubi sunt,
vilegi à Domini.

Domias Ordinibus Generalibus Indianæ Societati, concessi,
quia in his, nec pacis fructus colligendi, nec ipsa ante annum
completum, effectum produçtura, nisi prius ad ea publica treu
gæ manifestatio pervenisset, quæ illo tempore adhuc non per
venerat, ideoque præfatis in vastenibus, neque fidem fractam
neque à verbis contractus recessum.

12. Objectioni namq; in primis occurritur, & respõdetur, præ
fato Architalasso, ejusdemque locis, & maioribus, illo jam men
sis Augusti tempore notum fuisse, Lusitanæ Regnum, futurur
habitantum, & incolarum consensu, se eximisse a potestate, siv
tempestate Tyrannidis Regum Castellæ; obedientiam; homi
numque dedisse Serenissimo *Principi Joanni, Brigantino olim
Aterissimo Duce maximo*, ad quem de jure Corona pertine
bat; ipsumque paulo post Coronationem suam, Legatum in
fisse ad sublimes, Potentesque Status, ab ipsisque receptum
magno applausu, magna alacritate, & bona gratia, Statimque
actum de conjugendis Viribus, & calassibus juxta prædicta, i
perniciem communis hostis, auxiliumque præfati Serenissim
Regis: qua ergo justa causa Architalassus ille ejusdemque soc
moveri potuerit ad debellandas arcēs, civitates, & loca ejusdem
met Serenissimi Regis, quem Domini Status servare, defende
reque promiserant, nullam profecto invenio, nisi forte aviditat
terrarum, & arcium Regum colligatorum, etiam si pacem, ami
citiamque colant, & magni faciant, prout Serenissimus Ioanne
agebat, bellum gerere fas est; quod profecto nec consuleret
nec judicaret.

13. 2. Responderemus absque præjudicio veritatis, quod lice
præfatus Architalassus ejusdemque Socii ad debellandas arc
civitates, & loca prædicta ex Pernambuco profecti, quo tem
pore ventis dare vela ceperunt, tellatorum omnium, plenar
notitiam non haberent, uti habuisse notum est, credere tamē
debuissent, quia pariter in locis innotescere, notoriam, publicamque
ess

esse illorum manifestationem, quia ita eisdem per nuncios renunciatum saepius est, tam a Gubernatoribus quam a Capitaneis, proceribus, senioribusque eorundem locorum, quin imò etiam à plebe, qui omnes affirmarunt Regi Castellæ jam illo tempore non subesse, imò subitos Vassallosque extare Serenissimi Regis Ioannis, cuius vocem absque ulla coactione, vel contradictione secuti fuerant, ipsumque habere pacem, & treugam ad decennium cum Dominis Ordinibus Generalibus, & hoc prætextu eisdem, necessaria, victualia, & portum ad refedtionem corporum & navium, urbanitate maxima offerebant.

14. Memini, relatum in lege quadà civili Romanorum, dolum esse, non credere, nec intelligere velle, quod omnes credunt, intelligant affirmantque in aliquo populo; ad quem ergo doli, gradum Architalassi, ejusdemque sociorum, referenda incredulitas est, qui nec credere nec intelligere affectarunt, quod in tot, tamque diversis locis, tot, tantisque Gubernatoribus, Capitaneis, proceribus, senioribus, ab omni plebe constanter dicebatur, & affirmabatur; judicent sublimes, Potentesque Status, eorundemque acutissima, & maturissima ingenia, neque enim ipse audeo, quod tantæ incredulitati; vel simulationi, non credulitatis, convenit nomen, imponere.

15. 3. Respondetur quod licet in capitulis pacis, cessationisq; armorum, talia verba reperirentur, ex quibus constaret, in locis declaratis in privilegio Societati Indianæ concessio, nec silenda, nec cessatura ante annum completum, nisi prius consueta solemnitate tibicinum, treuga publicaretur; id profecto referendum, ad loca, civitates, & arces pertinentes ad Coronam Portugalliae, quæ subessent Regi Castellæ, ejusdemque vocem sustinerent, vel sub dubio, aut neutralitate essent, varios fortunæ eventus expectando; non vero ad eas à quibus jam sponte sua Serenissimus Princeps Ioannes pro Rege cognitus, recognitusque fuisset, Castellæ tyrannico iugo excusso; a

nem

neque implicaret, simul eodemque tempore ipsi armis, classibus, militibus, tormentisque bellicis juvare a fronte, at ergo autem aliam classem, aliosque milites, aliaque tormenta bellica in ipsum suosque convertere: ita nifallor dicent, affirmabuntque omnes prudentes probique Viri, quorum non interlit; quia est communis, & verus sensus capitulationis: hæc Legati cum Dominis Ordinibus contrahentis intentio fuit; sinistramque & valde rigorosum erit, alium querere intellectum contra id, quod naturalis ratio dicitur, subtiliterque verba contractus expectare, seu amplecti, mentem autem non custodire, contra iudicium boni Viri bonamque fidem, quæ in contractibus pacis, & confederationis gestis cum Principibus, Communitaribus, aut Reb. pub. plus etiam in contractibus mercatorum, in quibus de bono & æquo iudicatur, exuberare debet.

16. 4. Respondetur, quod si vera, cōtraria interpretatio esset, dici posset à classibus, & militibus qui ex istis Provinciis ad maria Portugalliz, anno præterito profecti sunt, in auxilium iussus Serenissimi Regis, capi quoque valuisse eiusdem castra, arces, civitates, & loca, siquidem adhuc, illo tempore, neque à Rege subscripta, neque comprobata, neque consucta solemnitate, publicata treuga fuerat, quod si audiri hoc nec debet, nec potest, quia absurdum videtur, quo pacto, qua namve ratione morali seu naturali, audiendum est Legatum concedentem, aut Serenissimum Regem confirmantem ejus intentionis fuisse, ut ante solemnem treuge publicationem, liceret vassallis Dominorum Statuum, qui ex causa boni publici, in auxilium ipsius mee Regis conveniant, castra, arces, civitates, & loca, eidem absque ulla dubitatione, sit e contradictione subiecta, debellare, & veluti ab hostibus occupare.

17. Veruntamen dato, & non concesso, quod per subtilem aliquam, & rigorosam interpretationem, ex verbis alicujus capituli concipi posset, impossibile profecto modo erit, absque pacis ficiura,

fractura, contractusque rupura, captas arces, civitates, & loca detinere, quia licet Serenissimi Regis Gubernatores, Capitanei, Custodes & Vasalli ab illis recesserint, regiones illas non delerere, imò ipsarum terras intrarunt per duas leucas, magis vel minus, in eisq; simul veluti in castris, & acie detinentur, ita, ut nec Dominorum Statuum Vasalli ad commercium cum nigris exercendum sine armis, & violenta coactione accedere valeant, nec ipsi nigri ad ipsos communicandos pervenire nisi per tela, transire ve possint.

18. Quod si pax, uti desideramus, conservanda, caste & sancte utroque ex latere colenda est, nulla profecto utilitas Vasallis Dominorum Statuum resultabit, ex eo, quod arces, civitates & loca ad ripas maris detineant; nec inde amplius a Vasallis Serenissimi Regis preventi, & impediti, extrahere, seu lucrari poterunt quam morbos, egitudines, & mortes, uti jam experientia compertum scimus.

19. Affirmo equidem Serenissimum Regem, sic colere, magnique facere, amicitiam cum Dominis Ordinibus contractam, tantumque confidere ex urbanitate, probitate, integritate, veritate, justitiaq; ipsorum ut mihi scripserit, sibi persuasum, sat esse injustum, & sine aliqua probabili causa illud factum, quo praefatus Architalassus, ejusdemque socii praedictas arces, civitates, & loca, in otio, & confidentia tractatus pacis ceperunt; ut crederet, illos sine mandato processisse, vel saltem virtute alicujus dati, priusquam illa ad obedientiam, imperiumque suum redacta fuissent; expectareq; à Dominibus Ordinibus eorundem, restitutionem fieri, fontesque puniri jubendum, quin ipse Legatum ad rogandum mitteret; vix etenim credi poterit, ut viri strenui, Illustres, expectabiles, iustitiae amatores, amicitiae cultores, pacis, & colligationis servatores opum, qui valore armorum, egregius, memorabilibusq; factis, ut excreverunt, in alto ponuntur, ut clarum suum nomen per faciem, & per eam immortalitati,

talitati, commendatū habean, mendo, notaque fractæ pacis
& ruptæ colligationis, quam urbanissimis, & amicissimis verbis
conceperant, integram frontem suam, quo quomodo observare
velint, ob invidiam, seu inordinatam cupiditatem Vassallorum
aliquorum, qui non duraturo, minori, violentoque commercio
de præsentis contenti, oppulenti, perpetuo, duraturumque
Portugalæ commercium forte amittent, aut saltem conturba-
hunt, adeo ut bona correspondentia, utrinque renovata, & de-
siderata in augmentum non vadat, imò in diminutionem veniat,
gaudiumque pariat, commoditatem opportunitatemque præstet
Regi Castellæ aliisque inimicis, si fœdera non consueverint
juxta bonum & æquum, ut peto sine figurosa subtilique inte-
pretatione, quam reprobare magis, quam admittere omnib;
expedit: Hagæ 18. May an. 1642.

